



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

80 Beneficia ordinis Hierosymitani non cadunt sub reservationibus  
Apostolicis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ad eo quod, si prima vacans fuerit tenuis valoris, potest illam dimittere, & tunc collatio ad conventū devolveretur, & pinguorem eodem quinquennio non conferente, in alio quinqennio duas conferre potest, ut in stabilit. ejusdem ordinis in cap. magister, &c. in concedentis, de commend. & habet electionem ex dispositione d. c. magister, in princip. ideo si non confert minorem, exspectando pinguorem, nemini injuriam facit, quia jure suo † utitur, cap. cum Ecclesia Vulterana. d. elect. l. injuriarum, ff. de injur. & Specul. de abol. & purg. §. 1. n. 12. dictas verò commendas conferre tenetur fratribus in conventu residentibus, non autem absentibus, ut eod. cap. magister, & est ratio, qui magis residentibus, qui labores pro religione sustinent, quam absentibus, per curias o-  
tiose vagantibus est favendum.

Confert † etiam Magnus Magister cameras magistralis, quæ tot sunt, quot Prioratus, de quibus in eisdem stab. capit. jam olim, de mag. & licet videantur, magistratui unitæ, & quod debeant locari, seu ad certam pensionem concedi, ut in eod. stab. vigore tamen collationis tribuitur titulus, ita quod, si obtinens commendam camera magistralis, assumatur † ad Episcopatum, non habita retentio, vacant etiam dictæ commendæ, quæ cadunt sub dispositione, c. cum in cunctis, §. cum verò, de elect. & ita fuit in sacra Rotæ adjutorio decisum, in favorem fratris Michaelis de Lentor, ejusdem ordinis contra Thomam Gargallum tunc Episcopum Milenitanum, qui promotus ad dictum Episcopatum non obtinuit retentionem commendæ de Masdeo, quæ Camera magistralis Prioratus Cathalonie

existit, & dictus frater Michael diffinitivè victoriam reportavit, & commendam obtinuit, sublata quæstione, an de jure beneficia vacantia per promotionem, vacent in curia, vel extra, de qua per glo. in clement. 1. in verb. collato, ut lis. pendente. & doct. præsertim in dict. §. cum verò.

Licet enim † beneficia vacantia in curiis sint Sedi Apostolicae specialiter reservata, cap. 2. de præb. in 6. & nulla sit major reservatio, quam ea, quæ in corpore juris clauditur, cum generalis facultas conferendi reservata non capiat reservationem apud sedem Rot. decis. 4. de præb. in no. & decis. 17. eod. tit. in antiqu.

Nihilominus, † Magnus Magister, & cœteri collatores dicti ordinis possunt etiam beneficia in curia vacantia ex dispositione suorum privilegiorum in eadem Bull. Pij IV. c. 14. vers. in Romana curia, & etiam litigiosa conferre, & in jus alterius subrogare, ut in privilegio Innocentii VIII. in libro privilegiorum manucripto, quod Romæ plures vidi, & nec beneficia dicti ordinis cadunt sub aliquâ reservationem, quia in eis nulla cadit reservatio, vel affectio, aut devolutio, ut in eisdem privilegiis eodem Bull. vers. ac in perpetuum, & quamvis Prioratus, ba-julivæ, castellania, empostæ, præceptoriæ, & membra solum exprimantur, & dubitari possit, an eodem jure cetera beneficia ejusdem ordinis sint privilegiata, & videatur, quod non, quia, quæ Papa non excludit à reservatione, sub eadem reservatione comprehensa videntur, cap. nonne, de præsumpt. & Paril. conf. 36. num. 17. vol. 4. sub reservationibus tamen, affectionibus, vel devolutiōnibus non comprehenduntur ejusdem

Ecc.

ordi-



ordinis beneficia, cuiusvis qualitatis exi- 84  
stentia, quia omnia ab hospitali depen-  
dent, eidemque hospitali deserviunt, ac  
eidem extant unita, ut in Bull. ead. constit.  
in princip. par. 663, cum sequ. & 673. vers.  
& insuper. Paril. dict. conf. 36. loco proxi-  
me citato, & conf. 44. num. 5. & num 22.  
ead. vol. 4.

81 Communi jure † hospitalia, nec com-  
prehenduntur sub regulis reservatoriis,  
clem. per litteras, de prab. Fed. de Sen. conf.  
280. n. 1. Card. in c. 2. de prab. in 6. Si-  
monet. in tract. de reserv. in c. 7. in ge-  
nerali reservatione, an veniant hospitalia,  
in princip. quoniam hospitalia sunt specia-  
liter † privilegiata, adeo quodd impositio  
decimae Papalis non extenditur ad hospi-  
talia, nisi specialiter exprimantur, gloss.  
1. in clement. 2. ante med. de decim. & pri-  
vilegium, vel statutum de percipiendis  
fructibus primi anni ecclesiastarum vacan-  
tiuum non comprehendit fructus hospita-  
lium, Anchar. in repet. cap. si propter. col. 85  
29. derecisp. in 6. & Felin. in cap. de quar-  
ta, nu. 18. de prascript.

83 Quamvis enim † exceptio firmet regu-  
lam in non exceptuatis, Bart. in l. questum,  
§. denique, ff. de fund. instr. Abb. in cap.  
quoniam frequenter, num. 4. vers. & ex-  
huc, si lit. non contest. Jas. in l. fin: n. 9. ff.  
quod quis. jur. & Dec. in cap. cum dilecta,  
num. 14. post med. de confir. util. vel inutil.  
tamen, cum à reservationibus sint exce-  
pata, exceptio facta ad favorem non o-  
peratur, quodd veniat id, quod alias non  
veniret, l. quod favore C. de leg. l. legata  
inutiliter ff. de admitt. leg. Felin. in cap. 2.  
num. 41 de rescript. Cassad. decis. 9. num. 87  
5. de prab. & decis. 2. num. 3. de reserv.  
Gozad. conf. 4. num. 4.

Comprobatur, † quia ibi in § ac in per-  
petuum, ubi exprimuntur prioratus, bau-  
livæ, castellaniæ, empostæ, & præceptoriae,  
sequitur etiam, & membra quæcunque  
dicti hospitalis, quod verbum, quæcunque,  
est generale, & paulò infra vers. necnon  
Julius, ac quibusuis aliis beneficiis dicti  
hospitalis, & postea præceptoriis, aut be-  
neficiis hospitalis hujusmodi, & alio in lo-  
co, de quibusuis Prioratibus, bauilivis, &c.  
& aliis beneficiis dicti hospitalis vacaturis,  
& dicta verba universalia, quæcunque, &  
quibusvis, pluribus etiam aliis in loeis di-  
ctorum privilegiorum repetita, omnia be-  
neficia ejusdem ordinis includunt, gloss. in  
extravag. execrabilis, in verb. ad quæcun-  
que, de præben. Rot. decis. 2. num. 11. &  
12. defil. presbyt. in nov. & Gomel de an-  
na. poss. quest. 3. num. 1. quia, qui torum  
dicit, nihil excludit. l. Julianus, & ibi Bart.  
ff. de leg. 3. Bald. in l. à procuratore, num. 1.  
C. mand. & Aym. conf. 19. num. 1.

Videmus enim, † quodd clausula, sive  
alio quovis modo vacet, in rescriptis im-  
petrationum beneficiorum apposita, si  
beneficia imperentur, expresso uno modo  
vacationis, dicta verba universalia capiunt  
quemcumque modum vacandi, ante im-  
petrationem Rot. decis. 1. num. 4. 5. & 6.  
de rescript. in no. decis. 11. de prab. in an-  
tiquior. & Patis. conf. 90. num. 10.  
vol. 3.

86 Et licet † in feudo regulariter succedant  
descendentes masculi legitimi, & natura-  
les, tantum exclusis fœminis, & extraneis,  
cap. 1. §. hoc autem, de his qui seu, dan-  
poss.

87 † Et de ejus natura regulariter non ve-  
niat in restitutione fideicommissi univer-  
salis. Bart. in l. si patroni, num. 3. & ibi  
Alex.